



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij  
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

**Sánchez, Tomás**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

9. Ætas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41559**

16. Innocens existimans teneri se, vel deceptus ab aliquo id dicenti, reddens debitum adultero, non censetur condonare, *ibid. nu. 16.* item quod dictum est, eodem modo dicendum de sponsalibus, *nu. 24.*

*Aetas.*

1. Aetas requisita ad ieiunandum, requiritur omnino completa, de momento ad momentum computato natiuitatis puncto, ut si die ieiunij impleat aliquis aetatem 21. annorum, ante punctum, quo implet, potest ientaculum sumere, & semel eo sumpto non tenebitur eod. die ieiunare, *lib. 2. disp. 24. nu. 23.*

*Affinitas.*

1. Affinitas est propinquitas personarum ex carnali copula proueniens, & durat post mortem eius, qui causa fuit contrahendae affinitatis, non habet gradus, sed mensuratur inter affines iuxta gradus consanguinitatis: & stipes in affinitate dicitur duplex illa persona, quae per carnis copulam commiscetur, cum utraque sit origo, & radix huius affinitatis, unde linea affinitatis est duplex, sicut & consanguinitatis, quaedam recta ascendentium & descendentium, ascendentes sunt socer, socrus, nouerca, descendentes vero gener, nurus, priuignus. Alia vero linea est transuersa collateralium, hi sunt, qui alterutri sunt coniugi consanguinei in linea transuersa: & vir, & vxor non sunt inter se affines, sed principium